



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis

In duas partes distincta

**Teresa <de Jesús>**

**Coloniae Agrippinae, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.**

Cap. XXII. Tractat de cœpta fundatione cænobij Hispale[n]sis, à S. Iosepho  
denominati: in quo anno M.D.LXXV. Dominica SS. Trinittatis sacroru[m]  
dictæ sunt primitiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37974**

proba sum) res certè erat huiusmodi, ut non multum quis peccasset, aliquam in narratione eius exaggerationem permissam fuisse credidisset. Tamen autem imbecillis & infirmus sit, vires nihilominus iam habet ad regulam seruandam, & corpus satis firmum; præterea magna animi est hilaritate, & singulari in omnibus (uti iam antè notatum est) humilitate prædita, quæ omnibus nobis egregiam Dei dilaudandi materiam suggerit. Ambæ verò tam perfecte inægreque suas sine vlla contradictione fortunas Religioni consueverunt, ut, etsi deinde in ipsam non cooptarentur, nullum sibi esset ius eas repetendi, aut vllam propterea mercedem poscerent. Magna in seniore relucet abnegatio tum consanguineorum tum patris, vnde etiam semper procul ab eis abesse desiderat; & hoc ipsum etiam enixè à suis Superioribus contendit: tanta tamen & tam singularis eius est obedientia, ut Veasij etiam cum gaudio commoeretur. Hæc quoque in causa fuit, cur monialium chorum frequentantium velamen sumplerit; omnimodis namque petebat, non in illarum, sed ministrantium sororum numerum ascribi. vsque dum meam illi sententiam perferpsi, multa ad hoc argumenta adferens, quin & eam increpans, quod non ea qua oportebat, promptitudine Patri Prouinciali pareret: neque enim hoc materis meriti materiam esse & alia id genus depromens, asperius eam habendo. Hæc verò loquendi ratio ei longe gratissima est, nam gaudet summo opere cum increpatur. Sic demum ad hoc potuit induci, tumetsi contrarium quam maxime vellet. Nihil de hac anima audio vel intelligo, quod non eo referatur, ut Deo sese gratam exhibeat: atque idem reliquarum omnium de ea iudicium est. Dignetur eam Maiestas ipsius in hoc proposito confirmare, eiusque virtutes & gratiam, quam ei contulit, ad maiorem gloriam & obsequium suum tandem adaugere. Amen.

## CAPVT XXII.

## HISPALENSIS CONVENTVS à S. IOSEPHO

appellati fundatio describitur. Primum in eo sacrum ipso

SS. Trinitatis festo, anno Domini M.D.LXXV.

celebratum est.

Veasij cum agerem, Concilij Commendatariorum facultatem, ad Carauacæ fundationem inchoandam, expectans, illuc ad me visitandum appulit quidam Ordinis nostri Discalceatorum Pater,

GGG 3

Hiero-

*Hierony-  
mus Gra-  
tianus Dis-  
calceatus  
aggregatur,  
& eius elo-  
gium*

Hieronymus Gratianus de Matre Dei vocatus, qui non ita pro-  
dem Compluti cum ageret, in Ordinem nostrum cooptatus est.  
Vixerat egregie doctus, summi ingenij, & cum primis modestus  
& toto vitæ lux tempore tam continuus virtutum omnium cultus  
& amator, ut in renouata primigeniæ Carmelitarum regulæ & Or-  
dinis huius bonum B. Virgo cum selegisse videatur. Hic Com-  
pluti habitans, ab Ordinis nostri habitu assumendo satis tam  
alienus, esto non à vita Religiosa proficenda. etsi enim patrem  
ipsum, quod gratia & benevolentia apud Regem valeret, & pro-  
clara omnia filij indoles polliceretur, quid aliud intenderent, ipse  
tamen alia longe spectabat. Pater eius, qui Regi à secretis esse  
volebat ut calamo rem ageret, & non militiæ affluere, eum  
que proinde sibi in secretariatus officio successorem deligebat  
At ipse, quod ætate adhuc esset iunior, adeo huc non  
propendit, ut magna lacrymarum vi effusa ab eo impetravit,  
ut Theologiæ sibi operam dare liceret. Animum iam ad Societatem  
I. E. S. V. applicarat, quin etiam in eandem iam cooptatus erat,  
sed, nescio qua de causa, illius ingratum ad dies aliquot differendum  
censuere. Narravit is mihi, quodnes quæ sibi occurrebant delicias  
& recreationes, semper illi graues & pænosas fuisse, quod hæc  
sibi via ad cælum minime conducere, neque tuta esse videretur.  
Semper autem statas suas curæ di seruabat horas, & ordinariam  
mentis recollectionem, eoque honestatis seruandæ per omnia  
studiosissimus. Eodem tempore summus quidam amicus eius  
Pastranæ Ordinis habitum assumpsit, S. Theologiæ etiam Doctor,  
F. Iohannes de hoc cognominatus. Nescio autem an hanc ob causam,  
aut quod Ordinis nostri magnitudine, excellentia & antiquitate  
tractatum scripsisset, erga eundem affici cepit. Etenim tam illi  
vixere erat, omnia quæ ad ipsum spectant, legere, & hæc ipsi  
scripturam auctorum testimonijs comprobare, ut sæpe scripturam  
conscientiæ sensisse se diceret, quod alia maioris momenti  
dici & electionem intermitteret, quod ab hisce auelli non potest,  
ut omnes recreationis suæ horas his solum impenderet.

O Sapientiam & potentiam Dei! quam ipsi parum effugere  
& diuertere possumus id, quod ipse fieri vult! Videbat Dominus  
quantopere opus hoc quod Maiestas ipsius inchoarat, huiusmodi  
viro opus haberet. Equidem frequenter ob gratiam & benefi-  
cium in hoc nobis datum eum laudo ac celebros: etenim si

cum contentione & enixè Maieftatem eius rogare voluiffem, talem &  
 Ordini virum daret, qui fub hæc primordia, omnia quæ ad eum ſpe-  
 ſerent diſponeret ac dirigeret; tantum ab eo petere virum neſci-  
 ſſem, quantum in iſthoc nobis dedit. Sit ipſe propterea in æternum  
 benedictus. Cum ergo nihi' minus quàm de Ordine hoc capellendo  
 cogitaret, rogatus eſt vt Paſtranam, eum conuentus noſtri illic Præpo-  
 ſiti nondum enim is conuentus diſſolutus & translatus erat) actu-  
 nis, vt Virginem illa quendam in familiam ſuam coopraret, ſeſe con-  
 teret. Que non diuina Maieſtas mediâ uſurpat! forſitan enim,  
 ſi illac ſe ad habitum Religioſum ſumendum conferre decreuiſſet,  
 non multi ei aduerſari fuiſſent, numquam vt id perficere potuiſſet.  
 Sed Beatiffima Virgo M A R I A, cuius ille indefeſſus eſt cultor  
 & perſtudioſus, ſibi impentum obſequium non aliter ei remunerari  
 uoluit, quàm ſuum ei veſtitum elargiendo, ipſam proinde mediatri-  
 cem fuiſſe exiſtimo, quo hanc ei Dominus gratiam præſtaret; nec  
 non in cauſa fuiſſe, vt & ipſe hunc aſſumeret, & tam bene erga Or-  
 dinem eius ſemper affectus fuerit. noluit enim, vt tam ardens ei ſer-  
 uandi deſiderium habenti, ad ipſum opere exequendum deeſſet  
 occaſio. Illi namque ſolemne & ordinarium eſt, opem & auxilium  
 præſtare illis, qui ſub ſuum præſidium confugiunt. Madrici puer cum  
 ageret, ſapè quendam B. Virginis imaginem, erga quam peculiari  
 quodam affectu ferebatur ( quæ ubinam eſſet, non recordor) ſa-  
 lutarem abibat, eamque dominam & amicam ſuam nuncupa-  
 re ſolebat; eamque quàm frequentiffimè uifiſſet. Munditiem  
 illam & caſtitem, quàm ſemper uſque dum uixit, is coluit; ip-  
 ſi huiusmodi illi à filio impetrauit. Dixit, uifam ſibi ſubinde i-  
 maginem illam oculos lachrymis ſuffuſos, ob plurimas quæ ad-  
 uerſus filium ſuum committuntur offenſas, habuiſſe. Hinc  
 magnus quidam in eo imperus & deſiderium animarum uiuandarum,  
 nec non intentus ac uehemens, cum in Deum uideret peccati, ani-  
 midolor & ſenſus naſcebat. Itaque erga proximi animarum bo-  
 num propendet, vt omnis ei labor, ſi aliquid per eam ſeſe profi-  
 cere poſſe ſperet, illarum cauſa ſuſceptus perexiguus eſſe uideatur.  
 hoc ipſa per experientiam & reipſa in multis laboribus quos ſubiit,  
 perſpexi.

Cum ergo BEATA VIRGO Paſtranam eum uelut cir-  
 conuentum conduxiffet, (putabat namque ipſe illuc ſe ad Mo-  
 niali cuidam veſtem impetrandam abire) ecce Dominus ita  
 rem diſpoſuit, vt eam ipſemet ibidem ſumpſerit. O ſecreta  
 iudicia

judicia Dei & quomodo, nolentes nos disponit, vt nobis gratiam conferat, & animam illi bona quæ fecit opera, atque ædificationem, quod semper dederat vita sua exemplum, nec non intentum quo gloriose eius matri famulari volebat, desiderium remuneraretur. Non enim Maiestas eius hæc semper maximis quibusdam muneribus & precibus in dubie compensare solet.

Pastranam ergo cum appulisset, Præpositam est, vt Virginem illam in suum contubernium admitteret, allocutus; imò verò cum ea egredieretur, vt apud Dominum ipsa precando efficeret, quo ipse in Ordinem posset admitti, vt primum ipse cum ea agere cepit. etenim suavis & blanda eius conuersatio est, vt plerique qui cum ea egredierentur, cum diligant (est hoc gratia à Domino dari solita) vnde etiam a nobis Religiosis ac Monialibus ipsi subditis summopere amantur. Nam tamen si nullum delictum impunè esse sinat (etenim de Religiosis & Ordinis incremento semper sollicitus est. quàm maximè, inque procurando assiduus) nihilominus eam morum suauitatem & pietatem præfert, vt nullus aliquam de ipso conquerendi occasionem habere posse videatur. Cum igitur idem huic Præfectæ accideret, quod alijs omnibus, summopere desiderauit, vt Ordini ipse huic nominaretur. Hoc ergo desiderium Monialibus suis patefecit, vt videretur licet etiam atque etiam, quanti hoc sua interesset (tunc namque, quod dum paucos, & penè nullum ei similem Ordo vniuersus virum habebat) ac Dominum precibus inducerent, ne illum inde digredi permitteretur, nisi habitu Carmelitano assumpto. Hæc autem Priorissa impetravit, & feruens Dei ancilla est; vt, etiam eius vnius orationem à Deo accipiendi dignam fuisse censeam, quanto verò magis, tot sanctarum orationum, quæ ibidem congregatæ erant. Nulla non hanc in se procuratam suscepit, & ieiunijs corporis castigationibus, & feruentibus orationibus diuinam Maiestatem continenter fatigabant. Vnde etiam ad inducere, vt hanc nobis gratiam faceret. Vt enim P. Gratianus Cælestium Fratrum adijt, tantamque ibidem vigere religionem videret, nec non tam insignem Domino seruiendi occasionem ac maiestatem (atque imprimis, quod Ordo esset gloriosissimæ eius Marti, cuius usque adeo famulari auebat dedicatus) cor illius capere ad amplexum mundum non reuerrendum emoueri. Et, quamuis multas ei circumstantias mon e contra difficultates & remoras objiceret, atque imprimis, quod ipse dolore & cruce suis allaturus esset parentibus, qui vsque eo diligebant, quemque liberis suis (quos habebant in utroque) & amicis, quos rimos) aliquando consulturum & auxilio futurum certissimo sperabant; attamen ipse, hanc Deo, cuius causa relinquebat reliqua

erram committens, Virginis esse famulus, cliens & Religiosus; eius-  
 que habitum assumere apud se firmissimè constituit. Quare hunc cer-  
 tam magno vniuersorum, ac praesertim Praeposita & Monialium omni-  
 um iussu ac gaudio suscepit: vnde hæc Domino summas idem agere  
 gratias, quod suis hoc Deum Opt. Max. beneficium precibus &  
 orationibus contulisse existimarent. Toto tirocinij sui tempore eam  
 humilitatem & abiectionem praetulit, quam etiam nouitiorum mi-  
 nimus. In primis verò eius virtus eluxit & probata est tum, cum il-  
 lus loci Priore absente, frater quidam admodum iuuenis, vix doctus,  
 & paucissimis naturæ dotibus, nec vlla ad regendum prudentia in-  
 structus, & sine vlla experientia (etenim nonnisi pauculis annis in  
 Religione vixerat) ipsi in Rectorem & Praesidem datus est. Vix credat  
 quis, quam is suos rigidè haberet, quibus eos austeritatibus & mortifi-  
 cationibus attereret: & quoties id mecum recogito, obstupesco, quo-  
 modo eas subditi ferre possent, praesertim similes viri; adeo vt spiritu  
 suo, quem illis dederat Deus, ad illas sustinendas, sanè opus esset. Vn-  
 de etiam exinde patuit, Religiosum illum melancholicæ passioni val-  
 de obnoxium fuisse; adeo quidem vis, vbicumque agat, etiam sub-  
 ditos, fratribus suis molestus & grauis sit, quanto verò magis cum a-  
 liis regeret; eò quod melancholicus illi humor valde dominetur. Ipse  
 quidem bonus Religiosus est; Deus verò subinde permittit, talis vt  
 error committatur, tales inquam homines gubernaculis admouean-  
 tur, vt ij quos ipse amat, in obedientiæ virtute exerceantur ac perfici-  
 antur. ita hic factum fuisse, verisimile fit. Vnde in huius rei meriti-  
 bus, maximam Deus lucem in rebus ad obedientiam spectanti-  
 bus P. Hieronymo de Matre Dei contulit, ad suos postea subditos  
 referendos, vt pote qui tam bona habuit ad in ea sese exercendum,  
 ut incipia. Vt verò in omnibus quæ nobis opus sunt, aliquam habe-  
 ret experientiam, vtique per omnia probatus foret, trimestri an-  
 te, quam professionem votorum emitteret, maximis exagitatus  
 fuit tentationibus; at ipse, tamquam strenuus filiorum B. Vir-  
 ginis Mariae ductor futurus, egregiè illas superauit & victor eua-  
 nitatem cum illum cacodæmon maximè & vehementissimè indu-  
 cere satagebat, vt habitum assumptum exueret, ipse econtra vo-  
 tum faciendo sese illum non dimissurum, quin imò vota ipsa conci-  
 pendo, illius vim & potentiam eludebat. Mihi quoque deinde tra-  
 ctatum, quæ durante illis tentationibus conscripsit, legendum  
 sed, qui magnum sanè deuotionis spiritum in me excitauit; simul et-  
 iam ex eo apparet, quo eum Dominus modo in tentationibus expu-  
 tandis corroborarit.

S. M. Teresa Opera.

Hhh

Vide-

ESIA

PA  
VI  
E

Videbitur fortasse cuiquam vestrum ineptum & absurdum, quod tot animarum secreta & particularitates ipse mihi aperuerit: tantan id fieri permisit Dominus, ut hoc illa loco ipsa commemoratum, ut ipse suis in creaturis laudetur & celebretur: noui enim, ipsius Confessario quidem suo, aut cuiquam alteri tantum, quantum me eorum patefecisse. Subinde aliquam ad hoc faciendum habebat occasionem, quod ei, tum ob prouectiorem meam aetatem, tum ob ea quae ex alijs de me audiebat, aliquam rerum habere videret experientiam. Aliarum rerum, de quibus agebamus, occasione haec aliaque multo scribat; quae tamen non est opus hoc loco describere, ne a quo limbo-gior, & certe adhuc multum me ipsa inhibui, ne, si forte haec aliquando in illius manus incidant, aliquam ei propterea molestiam parant. Reuera minus facere non potui, & nefas putavi, eius qui huiusmodi Regulae renouationi tantopere contulit & praesitit (cum magis quam haec in manus illius incidant, adhuc valde diu futurum sit) memoriam non facere aut recordari. Etsi enim is primus non fuerit, qui eam inchoauit, aliquando tamen fuit, cum male me haberet, quae eadem esset inchoata, nisi tam magna de Dei misericordia sperandam duciam habuissem. Loquor autem de conuentibus Fratrum, & conuentibus Monialium, quae eius bonitas & benignitas est, habet semper felicem progressum & successum habuere: quin & fratrum numerus non male procedebant, sed tale habebat fundamentum accipium, ut propediem prolapsura viderentur: quod enim per se singillatim Prouincialem non haberent, a Patribus Calceantibus bantur. Porro qui eas regere potuissent, qualis erat F. P. Antonius Iesu (is inquam qui rem exorsus erat) plenam hanc potestatem habebant, neque etiam Constitutiones a Reuerendissimo Patre Nostro Generali datas stabilitasque habebant. Nam in singulis conuentibus fratres agebant, quod ipsis bonum & expediens videretur; qui, usque dum ab aliquo suae professionis & Regulae regere maximas passi sunt difficultates. hoc enim huic, illud illi placere sequendum videbatur, quod certe me non raro, mirum in modum cruciabat. Cui rei & inconuenientiae Dominus per P. F. & Doctor Hieronymum de Matre Dei succurrendum putauit: hic namque, Coadiutor missarius Apostolicus mox est creatus, plenamque & absolutam potestatem & potestatem super omnes Discalceatos & Discalceatos accepit; quin & in illorum usum Constitutiones condidit, quae nos Moniales, eas iam tum a Reuerendissimo Patre Generali accepimus, nullas pro nobis concepit, sed pro illis, idque vi potestatis Apostolicae Sede acceptae, nec non per praecleara naturae talenta

nam supra retuli, à Domino acceperat. Vt primum eos visitauit, omnia  
tam bonum in ordinem & statum redegit, satis vt apparet, eum à di-  
uina Maestrate adiuuari, & à Beatissima Virgine Deipara delectum,  
qui Ordinis ipsius negotia curaret. Illam igitur ego suppliciter rogo, apud  
Deum vt efficere dignetur, vt is eum assidue foueat, iuuet, promoueat,  
foueat & gratiam det, ad in illius obsequio semper ulterius progredi-  
endum. Amen.

## CAPVT XXIII.

FUNDATIONEM CONVENTVS HISPALEN-  
SIS PROSEQUIUR.

A Nequam ergo P. M. F. Hieronymus Gratianus de Matre Dei

Ad Veasium ad me videndum excurrisset, eum de facie non videram, <sup>S. Mater P. Gratianum videre & audire optabat.</sup>  
tamen siud sum opere haecenus desiderassem: quamquam inuicem a-  
liquos per litteras allocuti essemus. Vt ergo cognoui eum illic ad-  
esse, maximopere sum gauisa; valde enim eum videre optabam, quod  
tam preclara de ipso & salutaria inaudissem, at magis gauisa sum tunc,  
quando coram eum tractare capi: ita namque mihi is placuit, vt,  
quod illam apud me dilaudarant, satis adhuc eum perspexisse non vide-  
re. Cum autem ipsa tum varijs afflictionibus & vexationibus op-  
pressus essem, certe vt illum primum vidi, omne, quod illius opera no-  
bis euenturum esset bonum, repraesentare mihi Dominus videbatur:  
adeo vt omnibus illis diebus tantam tamque excessiuam in animo  
meo consolationem & gaudium sentirem, vt me ipsa reuera stupe-  
rem. Illius Commissariatus non nisi super Conuentus Baticenses tunc  
equidem extendebatur; at Veasij versantem ad te Legatus Apostolicus  
evocavit, simulque Castellanae Prouinciae Discalceatorum Visitator  
esse iussit. Tanto porro spiritus meus tunc exultabat gaudio, vt  
Domino gratijs agendis per dies illos satiari non possem, & aliud quid  
facere nollem.

Hoc ipso tempore submissa fuit facultas ad nouum Caruacæ con-  
uentum fundandum; sed longè ea alia, quam ad meum propositum &  
intentum necessaria erat, vnde de nouo nuntius ad curiam mitten-  
dus fuit. Graue mihi ac traxiosum cum primis erat tanto illic tempore  
expectare; vnde in Castellam redire constitui, iam tum enim funda-  
tionibus scripseram, nullatenus eum, nisi certa quaedam particularitas,  
quae facultati deerat, concederetur, fundandum. Vnde denuo ad au-  
dientiam nuntium oportuit. Quod autem P. Hieronymus Gratianus,  
qui monasterium illud iam tum subiectum erat, quod totius Prouinciae

Hhh 3

Batica